



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

4. Dies Aprilis. Nihil magis consiliis tam inimicum est, quàm celeritas.
Livius I. 31.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-55659)

rilis.
onem
simul
e for-
ti sui
illud
m est
n im-
urea,
mpe-
itan-
ser-
tan-
dista-
sten-
mper-
avius
qvit,
ninis
natu-
simi-
infra-
onit,
rior,
carni
nun-
His
rion,
que-
uam
mi-
oler,
&

Aprilis

Tessera.

253

& nōlet tunc placebit vitium, & displicebit, tunc ita siet amara jucunditas, ut quia jucunditas est, semper ametur, quia verò amara est, sic semper amari doleat. Qua sibi oppositi, & contradicentis animi repugnatio, quidamariūs, quid crudeliūs? si nemo suffragio ipsius Veritatis potest duobus Dominis servire, quomodo poterit lexcentis, & pluribus? Accipe p̄ensum meum:

Deficit ambobus, qui vult servire duobus.

4. DIES APRILIS.

Nihil magis consiliis tam iniinicūm est,
quām celeritas. *Livius l. 31.*

Vitia contra I.
prudentiam:
primum, est
celeritas.

Recensurus, catalogum vi-
tiorum, ordior ab illis, quæ
mores spectant: hæc inter
primum est, quod adverfa-
tur primæ inter Morales Virtutiæ Prudentiæ, videli-
cet Imprudentia; cuius ut pessimi ovi, pessimus est
pullus, Præcipitatio, quæ opponitur rectæ consulta-
tioni: De salutis, hoc est, summo quod tractas nego-
tio, delibera cum otio. Qui præceps est, is nec finem,
qua par est tranquillitate animi, constituit; nec media
ad finem suis, ut decet, momentis libratur: hinc nec
unquam à metu est liber. Nam inconsulto quodam
imperu abruptus, universum reliquum progreßum,
incondito tumultu, ac tenebris, seraque tandem pœ-
nitentia, & malo exitu compleat. Scelera imperu, bo-
na consilia morâ valescant. Hinc melior est consulta
tarditas, quām inconsulta temeritas. Præcipitando
destitute

destitues rem , restitues cunctando. Quisquis in deliberando est præceps , proximus est præcipitio. Ideo qui fugit in rebus magnis hallucinari , quem pudet pœnitere: illi providendum est in primis, cùm ad deliberandum de rebus magnis accingitur , hoc est de fine, sive mediis, ne illo insitæ cogitationis quasi æstu abripi se sinat: sed maturè cum otio, sedatè cum consilio omnia præmeditetur.

II. Ut in arboribus : sic in tuis operibus erit quædam quasi sideratio , nisi illa præcedat prudens consideratio. Hoc est negotiosum illud otium , quo negotia diligentι , & attenta consideratione , nec non singulari cum Deo communicatione prius expenduntur , quām expediuntur. Sic enim vel ante opus præcogitando quid aut quomodo fieri debeat, rationem quodammodo suis impertit operibus : vel post opus cogitando quid actum sit , ex ipso tuo opere rationem elicit , & disciplinam , qua illud ipsum opus aliàs perfectius operetur. Ad hæc autem opus est otio , sive ut singula diligentius pertractentur , sive ut intricata explicentur , sive ut difficultia explanentur. Ad hanc sedulam considerationem nos moveant infinita, quibus circumsepti sumus , pericula. Immensa est corruptæ naturæ imbecillitas , quām infinitæ difficultates legis observandæ circumcident. Nos quali per rupes altas , semita per angusta iter facimus , præcipitiis hinc inde horrentibus , & nimium quantum profundis , in quorum vel solo aspectu caligent oculi, vertigine mens capiatur. Circumeunt nos jugiter aëreæ potestates , dæmones , quibus mille nocendi sunt artes , tot ingenia , tot perdendi nos machinationes, tam ferox animus , qui insatirabili cupiditate in perni-

Aprilis.

Tessera. I

255

pernicem nostram imminent. Tot inter pericula hostes, insidias, machinas, laqueos. Quis sine prudenti cautione, & perenni industria, & acri diligentia, potest declinare calamitatem, consequi salutem?

III. Casura omnia extant, omnibus manet exitus: sive à cælo, sive à terra, sive ab homine, sive à dæmonie, certè à tempore. At justi imminentia pericula providentissimè subodorantur, & velut è specula prospiciunt, & imminentia mala solerti antevertunt notitia, & præsaga casibus occurunt sapientia. At qui est præcepis imminentes sibi calamitates, nec prudenter præcavet, nec solertia prævidet, nec consiliis eludit. Gratiora sunt medicamenta, quæ præverunt morbum, ne infestet, quam quæ leniunt, dum infestat. Nemo in ipso conflictu expectat armari: veniat jam miles in aciem cum lorica in pectore, & galea in vertice, & gladio in dextera. Ante ictus fortunæ præmunendi sumus. In ipsa securitate periclitemur, quantum in pericula possimus. Turbat repentinum vulnus, percellit telum non prævisum, occupat improvisus dolor, resistit sensus non priùs molitus prævisione. Itaque ad atramque fortunæ manus adornemur, & armemur, & cuique operi præmittamus exploratores cogitationes: quales exitus eveniant, quales eventus obveniant, quales interveniant calus. Eodem tibi potius expecta, quam timemas. Amentis est sponte, sine causa gratis pericitari. Semper periclitatur, qui agenda non præmeditatur. Quapropter velim hanc gnomam omnibus inscribi floribus, imo singulis inscribi mentibus:

Pervigili cur a semper meditare futura.

5. DIES